Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



50

copulam compellendus est redire ad primam. Si vero
religionem carnaliter sed tamen non in matrimonio dicitur
debet remanere cum fida et nō redire ad primā. Sol-
uuntur autem sponsalia in octo casibus primus est si alter
eorum vult transire ad religionem quod potest facere altero
in vito etiam si fuerit matrimonium per verba de presenti con-
tractum dummodo non fuerit per carnalem copulam consum-
tum et ille qui remanet in seculo remanet absolutus
a vinculo sponsalium et hoc quia alter fuit professus in re-
ligione ista. Secundus est qui sponsus non in penitentia quia
transiit se ad aliam religionem recepta tamen prius prima
de puritate vel fide non servata si per eum stetit que iuing
matrimonium fuit consumatum. Tertius si alter ipsorum post spo-
salia contracta in matrimonio lepra et palisim aut oculos
aut pedes aut manus amisit seu aliqui eorum prius euenit.
Quartus si superueniat affinitas puta quia sponsus cog-
nouit consanguineam sponse vel ancilla et ad hoc probandum
sufficit sola fama. Quinto si mutuo se absoluerunt quidam
tamen non recipiunt istum casum. Vnde dicunt quod illa de
cretalis est de spon. prima non est decretalis vel loquitur
de promissione competenta. Sextus si alter eorum fuit fornicatus.
Septimus si sponsus de facto cum alia vel
sponsa cum alio contrahit per verba de presenti vel per illa
de futuro et sequitur carnalis copula tunc soluuntur prima
sponsalia propter manus violentas superuenientes sed debet agere
primam de fide vel de promissione inuentata. Octauus qui
quidem venit ad ordinem religiosum et petit absolui a vinculo
sponsalium et dare sibi licentiam nubendi alii. Et nota quod
omnes isti casus preter primum casum scilicet quia vult transire
ad religionem intendendi sunt de sponsalibus de fu-
turo que proprie dicuntur sponsalia. Nam cum quando duobus
casibus de predictis ipso iure soluuntur sponsalia sic quando
intrat religionem et quando contrahit matrimonium cum
altero vel cum altera. In ceteris vero casibus soluendum est
per iudicium ecclesie. Sequitur Tractatus viij. pme part.

De matrimonio ac.

Postquam tractatum est de sponsalibus dicendum